Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30296
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



meorum ad nostrum ihesum xpi amore recedere. Et si immineant uerba
et iniusta consilia fides nostra nec uincit potest nec mutari. Et isto
amoto iussit tertium filium nomine philippum applicari. Cum
cum diceret. Dominus noster imperator antonius iussit ut diis omnipotentibus in
moles. Respondit philippus dixit. Isti nec dii nec omnipotentes sunt
sed sunt simulacra uana et misera et insensibilia et quod eis sa
crificare uoluerint in eterno erit periculo. Et amoto philippo
iussit ad se quartum adduci siluanum. Cui sic ait. Conue
nit uobis cum pessima mater uestra hoc consilium ut precepta
principum contempnentes omnes simul incurratis interitum.
Respondit siluanus dicens. Hos sit uniuersitatis tunc uerum in interitum in
currem eternum supplicium. Et quamuis uere nouimus quod premia
sunt parata iustis. Et quod sit pena constituta peccatoribus.
Ut ecce secundum legem romanam contempnimus ut iussa diuina
seruiemus ut ydola contempnentes. Et deo omnipotenti famulantes.
uitam eternam inueniamus. Adorantes autem demonia cum
ipsis in uirtute erit. Et in sempiterno incendio. Et amo
to siluano iussit quintum presto esse alexandrum cui dixit.
Miserebor etatis tue et uite infantia posite si non fueris re
bellis et si secutus fueris ea que sunt regi nostro antonio
gratissima. Unde sacrifica diis ut possis amicus augustorum
fieri. Et uitam habere et gratiam. Respondit alexander. Ego seruus xpi
sum. Hunc ore confiteor corde teneo incessanter adoro.
Infirma etas quam uides canam habet prudentiam. Sui
num deum colat. Dii autem cum cultoribus suis erunt in in
teritu sempiterno. Et isto amoto iussit sextum uitalem appli
cari. Cui et dixit. Forte uel tu optas uiuere et non in interi
tum deuenire. Respondit uitalis. Quis est qui optat uiuere melius qui
uerum deum colit an qui demonem optat habere propicium. Pu
blius dixit. Et quis est demon. Uitalis respondit. Omnes dii gentium
demonia sunt et omnes qui colunt eos demones. Et isto amoto
iussit septimum martialem ad se ingredi cui et dixit. Re
dulitatis uestre fautores effecti augustorum statuta con
tempnitis et in uitam perniciem permanetis. Respondit marti
alis. Osi uelles nosse posses quod pene cultoribus parate
sunt. Et adhuc tardat deus uestram suam uobis et idolis uestris
demonstrare. Omnes enim qui non confitentur xpm uerum esse deum
in eterno incendio erunt. Tunc iussit et hunc septimum
amouere. Et gestis omnibus scripta per ordinem regi antonino in
gessit. Tunc antonius iussit uarios iudices ut uarius
suppliciis eos laniarent. Et quibus unus iudex fratrem primum
plumbatis occidit. Alter secundum et tertium fustibus mactauit.
Alius quartum per precipicium interemit. Alter quintum et sextum capi
tale fecit subire sententiam. Alius matrem eorum capite truncari iussit.
Et uarius suppliciis interemit eos. Facti sunt uniuersi uictores
et martires xpi qui cum matre triumphantes ad eternam pre
mia euolarunt in celis. Quod per dei amore mi
nas hominum et penas et uerba contempnentes xpi a
mici facti sunt in regno celorum. Ecc. p. s. s. v.

Eodem die. Passio s. Rufine et Secunde. v.

Rufina et secunda. Due sorores uir
gines ciues romane patre sunt clarissi
mo genite asterio et matre clarissima
aurelia. Cum feruor persecutionis iussu
ualeriani et gallieni augustorum nunc uiuebat roma se
uiret contigit ut sponsi harum uirginum armentarius et
uerinus a fide xpianitatis recederent. Nec hoc contenti quod
ipsi pereant insuper etiam et has dei famulas detesta
bili persuasione ut eos imitarentur hortabantur. Per quod re
uolentes declinare eorum persuasiones insanas ad predio
lum suum quod intuscie partibus uidebantur habere bastis
ne pergebant uehiculo. Quod audientes armentarius et ue
rinus statim comiti archisylao suggesserunt dicentes.
Sponse nostre repudiauerunt nos ad infamiam deorum. Quod dominum
unum et uerum in celis colunt et xpm ihesum esse testantes
omnium templorum mysteria uelut contagionem perhorrescunt.
Qua de causa urbem hodie egresse fugerunt. Tunc scelera
tissimus achisilaus cum militibus suis equestribus iter agens
sanctas dei uirgines flamineo miliario quarto decimo con
prehendit atque reuocans eas ad urbem romam uinio do
nato prefecto obtulit dicens. Istas uero sacrilegas uirgi
nes contra legem uiuere dominos negare templa deserere contra salu
tem principum agere sponsis earum accusantibus dicitur.
Et quia hanc curam in domini nostri inuictissimi principes com
miserunt. Fas fuit ut fugientes comprehenderem et uestre
magnificentie discutiendas adducerem. Tunc indig
natus donatus prefectus iussit eas in custodiam religiose
inuicem separatas et die tertia in secretarium adduci. In quod
rufinam ingredi iubens dixit ad eam. Cum sis nobilis nata
quid est quod ad ignobilitatem deuoluta es. Et [illegible] cupis captiua
in uinculis magis quam libera et cum marito gau
dere. Rufina respondit. Captiuitas ista temporalis eternam capti
uitatem excludit et uincula temporalia perpetua uinculorum li
gamenta dissoluunt. Prefectus dixit. Istas uanas fabu
las et aniles abice et sacrifica diis immortalibus ut possis
sponso tuo cum gaudio deliciarum perfruas et usque ad senectu
tem cum gaudio deliciarum attingere. Rufina respondit. Duo sunt
inutilia que suades et unum dubium quod promittis. Nam di
cis me ydolis sacrificare ut in perpetuum per eam post hec ma
ritum accipere ut gloriam mee uirginitatis amittam. Post
ista duo tam aspera tamque contraria promittis quod ad senectutem
cum gaudio deliciarum attingam cum de te ipso in certus sis quod
ad diem cristinum futurum attingas. Prefectus cessent
ista uerba quia parata sunt uerbera. Unde mihi uidetur ut con
silio meliori corrigas cor tuum et abiectis uanitatibus fu
gias et tempus quod tibi superesse potest non amittas. Rufina respondit. Ali
quantum correxisti sermonem cum dicis quod tempus mihi superest osten
dens uitam hominis non esse certam quia in incerto posita est. Sed ego
uitam illam amplector que in eternitate consistit et ni
chil incertum suis amatoribus repromittit. Quam uitam xpc
magister ueritatis edocuit cui cum dura iudeorum pectora
dubitationis sue animos denegarent et mortuos illos
demonum uento excitatis hos iubebat sue assertionis e
dicere testimonium ut uirtutibus crederent qui uerbis nolius
sent. Archisilaus comes dixit. Ista sacrilegii rea est et non pote
rit in matrimonii sortem adiungi. Rufina respondit. Sic
tu dicis in matrimonii sortem admitti non possum quasi ego
hominis uxor esse desierim cum constet me uirginitatem me